



CORPUS THOMISTICUM
<http://www.corpusthomisticum.org/q01.html>

Sancti Thomae de Aquino
Quodlibet I, q.4, art. 1 [6].

[Textum Taurini 1956 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit]

Utrum anima adveniente corpori, corrumpantur omnes formae quae prius inerant, et substantiales et accidentales

Ad primum sic procedebatur: videtur quod per adventum animae non excludantur omnes formae quae prius inerrant:

Arg. 1: Dicitur enim Genes. II, 7: *formavit Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in faciem eius spiraculum vitae*. Frustra autem formasset corpus, si inspirando animam, forma quam formando indiderat, excluderetur. Non ergo adveniente anima tolluntur omnes formae praecedentes.

Arg. 2: Praeterea, necesse est quod anima sit in corpore formato et disposito multis dispositionibus. Si ergo adveniens anima omnes praecedentes formas et dispositiones amovet, sequitur quod in instanti anima totum corpus formet; quod videtur esse solius Dei.

Arg. 3: Praeterea, anima non est nisi in corpore mixto. Sed mixtio elementorum non fit solum secundum materiam, sed etiam secundum formas; alioquin esset corruptio. Ergo anima non excludit omnes formas in materia inventas.

Arg. 4: Praeterea, anima est perfectio. Perfectionis autem non est corrumpere, sed perficere. Non ergo adveniens corpori corrumpit formas praeexistentes.

Sed contra, omnis forma adveniens existenti in actu, est forma accidentalis. Forma enim substantialis facit esse actu simpliciter. Sed si anima adveniens non destrueret praeexistentes formas, sed eis superadderetur, sequeretur quod adveniret existenti in actu: quia quaelibet forma, cum sit actus, facit esse in actu. Ergo anima adveniens excludit formas praeexistentes.

Respondeo. Dicendum, quod impossibile est in uno et eodem esse plures formas substantiales: et hoc ideo quia ab eodem habet res esse et unitatem. Manifestum est autem quod res habet esse per formam: unde et per formam res

habet unitatem. Et propter hoc, ubicumque est multitudo formarum, non est unum simpliciter, sicut homo albus non est unum simpliciter, nec animal bipes esset unum simpliciter si ab alio esset animal et ab alio bipes, ut philosophus dicit. Sed dicendum est, quod formae substantiales se habent ad invicem sicut numeri, ut dicitur in VIII Metaphysic.; vel etiam sicut figurae, ut de partibus animae dicit philosophus in II de anima. Semper enim maior numerus vel figura virtute continet in se minorem, sicut quaternarius quaternarium, et pentagonus tetragonum; et similiter perfectior forma virtute continet in se imperfectiorem, ut maxime in animalibus patet. Anima enim intellectiva habet virtutem ut conferat corpori humano quidquid confert sensitiva in brutis; et similiter sensitiva facit in animalibus quidquid nutritiva in plantis, et adhuc amplius. Frustra ergo esset in homine alia anima sensitiva praeter intellectivam, ex quo anima intellectiva virtute continet sensitivam, et adhuc amplius; sicut frustra adderetur quaternarius posito quinario. Et eadem ratio est de omnibus formis substantialibus usque ad materiam primam; ita quod non est in homine diversas formas substantiales invenire, sed solum secundum rationem; sicut consideramus eum ut viventem per animam nutritivam, et ut sentientem per animam sensitivam, et sic de aliis. Manifestum est autem quod semper, adveniente forma perfecta, tollitur forma imperfecta, sicut etiam adveniente figura pentagoni, tollitur quadrati. Unde dico, quod adveniente anima humana, tollitur forma substantialis quae prius inerat; alioquin generatio esset sine corruptione alterius, quod est impossibile. Formae vero accidentales quae prius inerant disponentes ad animam, corrumpuntur quidem non per se, sed per accidens ad corruptionem subiecti: unde manent eadem specie, sed non eadem numero; sicut etiam contingit circa dispositiones formarum elementarium, quae primitus materiae advenire apparent.

Ad primum ergo dicendum, quod secundum Basilium, spiraculum vitae dicitur ibi gratia sancti spiritus; et sic obiectio cessat. Si autem, ut Augustinus dicit, spiraculum vitae sit ipsa anima, non oportebit dicere quod alia forma formatum sit corpus hominis de limo terrae quam ipso spiraculo vitae divinitus inspirato: non enim illa formatio tempore praecessit inspirationem. Nisi forte velimus dicere, illam formationem referri ad dispositiones accidentales, puta figuram, et alia huiusmodi, quae quodam rationis ordine praeintelliguntur in corpore ante animam intellectivam, sicut materiales dispositiones; quibus tamen praeintelligitur ipsa anima intellectiva, non in quantum est intellectiva, sed in quantum continet in se virtutem aliquam de imperfectioribus formis.

Ad secundum dicendum, quod anima cum advenit corpori, non facit esse corpus effective, sed formaliter tantum. Effective autem facit corpus esse illud quod dat corpori formam ut perficiens; ut disponens autem illud quod praeoperatur ad formam, paulatim autem et ordine quodam inducendo materiam

ad propinquiorem formam aut dispositionem. Quanto enim propinquior fuerit forma aut dispositio, tanto minor est resistentia ad introductionem formae et dispositionis completae: facilius enim fit ignis ex aere quam ex aqua, quamvis utraque forma immediate adsit materiae.

Ad tertium dicendum, quod Avicenna posuit formas elementorum actu remanere in mixto. Quod non potest esse, quia formae elementorum non possunt esse in una parte materiae simul; et sic oportet quod sint in diversis materiae partibus, quae distinguuntur secundum dimensionem quantitatis: et sic oportebit quod vel plura corpora sint simul, vel quod non sit mixtio vera totius ad totum, sed mixtio ad sensum, secundum minima iuxta se posita. Averroes autem in III de caelo dicit, quod formae elementorum sunt mediae inter formas accidentales et substantiales, et quod recipiunt magis et minus; et sic formis elementorum remissis, et quodam modo ad medium redactis, quodammodo fit mixtio. Sed hoc est minus possibile quam primum. Nam forma substantialis est terminus quidam esse specifici, unde in indivisibili est ratio formae sicut ratio numeri et figurae, nec est possibile ut intendatur vel remittatur; sed omnis additio vel subtractio facit aliam speciem. Et ideo aliter dicendum, secundum philosophum in I de generatione, quod formae miscibilium non manent in mixto actu, sed virtute; prout scilicet virtus formae substantialis manet in qualitate elementari, licet remissa, et quasi ad medium redacta: qualitas enim elementaris agit in virtute formae substantialis; alioquin actio quae est per calorem ignis, non terminaretur ad formam substantialem.

Ad quartum dicendum, quod anima, cum sit forma, est quidem perfectio quaedam particularis, non autem universalis; et ideo ea adveniente sic aliquid perficitur, ut tamen aliquid corrumpatur.



AQUINATE
<http://www.aquinate.net/traduções.html>

São Tomás de Aquino
Quodlibet I, q.4, art. 1 [6].

[Tradução Prof. Dr. Paulo Faitanin]

Pergunta-se com a alma adveniente sobre o corpo se corrompem todas as formas que previamente existiam nele, sejam elas substanciais ou acidentais.

Em primeiro lugar assim se procede: *parece que com o advento da alma não são excluídas todas as formas que previamente existiam.*

Primeira objeção: Se diz no *Gênesis*, II. 7: “O Senhor Deus formou, pois, o homem do barro da terra e inspirou-lhe, nas narinas, um sopro de vida”. Mas, o corpo seria formado em vão se inspirando a alma excluísse a forma que foi introduzida ali, informando-o. Portanto, a alma adveniente não subtrai todas as formas precedentes.

Segunda objeção: Além do mais, é necessário que a alma exista no corpo enquanto que esteja informado e [disposto por muitas disposições] convenientemente distribuído em muitas disposições. Portanto, se a alma adveniente removesse todas as formas previamente dispostas, se seguiria que a alma no instante em que é infundida formaria todo o corpo; mas parece que esta capacidade só convém a Deus [e não a alma].

Terceira objeção: Além do mais, a alma não existe senão no corpo misto. Mas não se produz a mescla dos elementos só pela matéria, mas também pela forma, pois se fosse de outro modo haveria corrupção. Portanto, a alma não exclui todas as formas que se encontram na matéria.

Quarta objeção: Além do mais, alma é perfeição. Porém, não é próprio do perfeito corromper-se, senão aperfeiçoar-se. Daí se conclui que a alma que advém sobre o corpo não provoca a corrupção das formas que no corpo preexistiam.

Resposta geral às objeções: Mas, contra isso, há que dizer que toda forma que advém sobre o corpo que existe em ato, é forma acidental. No entanto, é a forma substancial que faz o corpo existir absolutamente em ato. No caso de que a alma adveniente não destruísse as formas preexistentes e se somasse a elas, se seguiria

que a alma adviria sobre corpo que existe em ato; porque compete a qualquer forma, que existe em ato, causar o ser em ato; se segue que a alma que advém sobre o corpo exclua as formas preexistentes.

Respondo, dizendo, que é impossível que num mesmo corpo existam várias formas substanciais, e isso porque é por uma mesma forma substancial que o corpo possui ser e unidade. Porém, está claro que algo tem ser pela forma: daí que pela forma algo tem, também, unidade. Por essa razão, onde haja pluralidade de formas, não haverá unidade absoluta, tal como por exemplo, no caso de 'homem branco', que não é uno absolutamente, nem animal bípede, neste caso o seria, porque se fosse, não deveria ser animal por algo e bípede por outro, como ensina o Filósofo. Mas, deve saber-se que as formas substanciais se relacionam-se entre si como coisas que se distinguem numericamente, como se diz em *Metafísica*. VIII; ou, também, como as figuras, tal como diz o Filósofo sobre as partes da alma em *Sobre a alma*, II. Na verdade, o número maior ou figura maior, sempre contém, virtualmente, em si, o menor, como por exemplo, o quinto contém o quarto, assim como o pentágono o quadrado; e, de modo semelhante, a forma mais perfeita contém, virtualmente, em si, a menos perfeita, como maximamente se evidencia nos animais. Deste modo, a alma intelectual possui, virtualmente, ou, em capacidade, enquanto confere ao corpo humano, toda e qualquer perfeição que possui a alma sensitiva ao informar os corpos dos animais. E, do mesmo modo, a alma sensitiva confere aos corpos dos animais toda e qualquer perfeição que a alma nutritiva confere às plantas; e, assim, também, vale para as demais coisas. Portanto, existiria em vão outra alma no corpo humano, além da alma intelectual, já que sendo a alma intelectual mais perfeita, ela contém em capacidade a sensitiva e, por maior força de razão, as demais; do mesmo modo seria em vão acrescentar sobre o que já é quinto, o quarto. E, do mesmo modo, isso se estende, da mesma maneira, a todas as formas substanciais, inclusive a forma da matéria primeira; daí que não há no corpo humano a introdução de diversas formas substanciais, e se quisermos dizer algo parecido a isso, o diremos segundo a razão; tal, como por exemplo, quando dizemos que isso vive, enquanto vive, vive pela alma nutritiva e enquanto sente, sente pela alma sensitiva, e isso se aplica, também, aos demais casos. Por isso, está claro que sempre que advém uma forma perfeita, se corrompe a imperfeita, como por exemplo, quando advém a figura do pentágono, se exclui a do quadrado. Daí que, ao vir a alma humana, se corrompe a forma substancial que ali existia anteriormente; e se não fosse assim, haveria geração sem corrupção do outro, o que é impossível. Não obstante, as formas acidentais que existiam e seguiam a primeira forma substancial, antes de ser introduzida a alma humana, não se corrompem essencialmente, mas acidentalmente pela corrupção do sujeito: daí que tais formas acidentais permanecem, segundo a mesma perfeição

da espécie, ainda que não com a mesma perfeição numérica; e isso, também, se aplica ao caso das formas elementares, que primitivamente sobrevieram sobre a matéria primeira.

Respostas a cada uma das objeções:

À primeira objeção: deve dizer-se que, segundo Basílio, *sopro de vida* significa aí a graça do Espírito Santo; daí que entendido, deste modo, não há fundamento para aquela objeção.

Não obstante, se *sopro de vida*, tal como sustenta Agostinho, é a própria alma, não seria necessário dizer que o corpo humano teria sido formado do barro da terra por outra forma que não a do próprio sopro de vida divinamente expirado: na verdade, aquela formação do corpo não existiu previamente à expiração. Se isso fosse assim, teríamos que dizer forçosamente que aquela formação tão só se referia às disposições acidentais, como por exemplo, as de figura e as de outras coisas de mesma natureza, que devem ser preconcebidas segundo alguma ordem natural no corpo, antes da vinda e introdução da alma intelectual; tal, como por exemplo, as disposições corpóreas [heranças genéticas bioquímicas etc.]; disposições estas que a própria alma intelectual pressuporá existentes, ao informar o corpo, mas, as pressuporá não enquanto alma intelectual, senão enquanto possui em capacidade e em virtude, em si mesma, alguma das formas mais imperfeitas que se referem a tais disposições.

À segunda objeção se responde dizendo que a alma, quando advém sobre o corpo, não o faz ser corpo, efetivamente, mas, só formalmente. O que faz o corpo ser, efetivamente, corpo é aquilo que da forma ao corpo, enquanto o aperfeiçoa; como o dispendo, previamente, para aquilo que é próprio da operação da forma, induzindo, pouco a pouco, alguma ordem ou disposição na matéria, que esteja mais próxima à perfeição da forma. Assim pois, quanto maior for a proximidade ou disposição da matéria, respeito da forma, tanto menor será a resistência à introdução e completa disposição da forma: é mais fácil produzir o fogo pelo ar do que pela água, ainda que ambas formas aderem, imediatamente, à matéria primeira.

À terceira objeção respondo dizendo que Avicena afirmou que as formas elementares permaneceriam existentes em ato na substância mista. Mas, isso não poder ser, porque as formas elementares não podem existir, simultaneamente, numa mesma parte da matéria; daí que é necessário que existam, em diversas partes da matéria, as que se distinguem segundo a distinção da quantidade dimensiva; ou, deste modo, seria necessário que vários corpos existissem, simultaneamente, ou que não existiria, verdadeiramente, no misto, uma unidade

total de todas estas formas, senão uma espécie de unidade por consenso, com o mínimo de justaposição. Não obstante, Averróis em *Sobre o Céu*, III, afirma que as formas elementares são algo que medeiam entre as formas acidentais e as substanciais, e que, por esse motivo, são passivas de mais ou menos perfeição; e, por tal motivo, as formas elementares enfraqueceriam, avançando, de algum modo, para uma perfeição mediana, até que, de algum modo, cheguem à forma do misto. Mas, ao que parece, isso é ainda menos provável que a opinião anterior; porque, embora a forma substancial seja término de algum ser específico – onde a natureza da forma, do número e da figura é indivisível – isso não é possível mediante esta diminuição e aumento de perfeição, tal qual se tentou explicar, pois, toda adição ou subtração de perfeição produz outra espécie. Foi por isso que outros disseram que, segundo o Filósofo, em *Sobre a Geração*, I, que as formas mescladas não permanecem no misto existentes em ato, mas só virtualmente ou segundo sua capacidade; na medida em que a atividade e a passividade de tais formas elementares permanecem virtualmente na forma substancial mista; e a perfeição da forma substancial na qualidade elementar, ainda que de modo diminuída ou quase subtraída: daí que a qualidade elementar opera em virtude da forma substancial; porque, de outro modo, a ação que é pelo calor do fogo, não tenderia à forma substancial.

À quarta objeção respondo dizendo que a alma, porque é forma é, também, alguma perfeição particular e não universal; e, por isso, ao vir e ser introduzida, aperfeiçoa algo, ao mesmo tempo em que a outra se corrompe.

[Paralelos podem ser encontrados nas seguintes obras: *Suma Teológica*, I, q. 76, a. 4/*In IV Sententiarum*, d. 44, q. 1, a. 1, qc. 1, ad. 4/*Contra Gentiles*, IV, c. 81/*De spiritualibus creaturis*, a. 3/*Quaestiones Disputatae De anima*, a. 9/*Compendium Theologiae*, I, c. 90].